



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die Urkunden des kölnischen Westfalens vom J. 1200 - 1300

Staatsarchiv <Münster (Westf)>

Osnabrück, 1980

Nachträge, Ergänzungen und Berichtigungen zu den Urkunden.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76921)

Nachträge, Ergänzungen und Berichtigungen zu den Urkunden.

740 a (N.).

Der Rat der Stadt Geseke erklärt der Stadt Lübeck, daß die Frau des Geseker Bürgers Siegfried, Kunigunde, als Schwester der Brüder Hermann gen. Rex und Rudolph auf den Nachlaß des letzteren, der in Lübeck gestorben sei, rechtmäßigen Anspruch habe. (zu 1250 gesetzt.)

Honorabilibus viris . . advocato . . iudici . . consulibus . . ceterisque burgensibus in Lubyke constitutis . . iudex . . consules et commune civitatis Gesikensis quicquid possunt et (!) obsequii; litteris presentibus protestamur, Cunegundim latricem presencium, uxorem legitimam Sifridi nostri concivis esse sororem Hermannii qui Rex¹⁾ dictus fuit et Rodolfi fratrum pie memorie de thoro legitimo. Quare benignitati vestre de qua iusticie et omnis boni fiduciam habemus constantem, supplicamus, quatenus respectu domini nostri archiepiscopi Collonicensis (!) et sui marchalci (!) necnon nostri perpetui obsequii intuitu iamdictam Cunegundim nostri concivis legitimam in percipiendis bonis que jure hereditario ipsam attingunt de morte memorati R(odolfi) fratris sui, que apud vos sunt obligata, efficaciter promovere dignemini vel aliter facientes, ut preces sibi senciāt fructuosas, quas facimus et hoc omni quo possumus affectu studebimus resarcire.

¹⁾ Hermannus Konic 1288 Lübecker U. B. II S. 1029 Anm. beteiligt am Herenchus.

Or. Staatsarchiv Lübeck, Verschiedenes 27. Siegel von aus der Urkunde geschnittenem Pergamentstreifen ab.

743 b (N.).

Rat und Bürgerschaft der Stadt Koesfeld bitten die Stadt Tönsberg, den Koesfelder Bürger Werenbert die Erbschaft seines verstorbenen Neffen Bertram ungehindert antreten zu lassen. (Um 1250.)

Viris discretis et honestis consulibus ceterisque burgensibus in Tunsberge Jo(hannes) iudex, consules et universitas burgensium de Costfelde quicquid possunt servicii et honoris: Werenbertum concivem nostrum latorem presencium vestre transmittimus honestati, rogantes attentius pro eodem, quatinus intuitu iuris et nostre petitionis iubeatis eidem integraliter assignari hereditatem Bertrammi filii fratris sui, qui mortuus est vobiscum, ad nos plenum habentes respectum, quod iure hereditario tangit ipsum, quia fuit vere idem Ber(trammus) filius legitimi fratris sui. Quod et nostris apertis litteris protestamur. Datum Cost(feldie).

Or. Staatsarchiv Lübeck, Westfalen 23 a. Großer schön ausgeprägter Rest des großen Stadtsiegels, dessen Stempel erhalten ist W. S. 94, 10.

1064 a (N.).

Ratsherren und Bürger von Soest bekunden, daß das Patroklusstift in Soest aus ihrem Hause, der sogenannten Rumenei, eine jährlich in zwei Terminen, Ostern und Michaelis, zu zahlende Rente von zusammen 8 Solidi zu beziehen habe. 1260 (ohne Tag).

Nos consules et universi burgenses Züsacienses presencium tenore sub appensione sigilli nostri protestamur et notum esse cupimus universis, quod capitulum ecclesie Züsaciensis habet annum

pensionem octo solidorum in domo nostra, que dicitur Rumenya. Cuius pensionis dimidietas in festo pasche, reliqua vero dimidietas in festo beati Michahelis singulis annis dabitur capitulo memorato. Nos quoque decanus et capitulum predictę Züsaciensis ecclesie approbantes ea, que predicta sunt, sub sigillo ecclesie nostre, quod hiis literis in testimonium veritatis apponi fecimus, publice protestamur, quod in prefata domo pensionem maiorem octo solidis non habemus. Datum anno Domini M^o.CC^o.LX^o.

Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VII 6102 Bl. 71 v.

1197 a (N.).

Die Stadt Münster bittet die Stadt Lübeck, den Münsterischen Bürger Heinrich Bidengraven als rechtmäßigen Erben seines † Bruders Gevehardus von Soest ungehindert in dessen Besitz gelangen zu lassen. 1265 August 22.

Viris prudentibus et honestis, dominis et amicis suis dilectis . . . advocato, consulibus et universis civibus in Lubeke . . . iudices, scabini ceterique cives Monasterienses cum sincero affectu quantum poterunt obsequii et honoris. Cum res que Gevehardus de Susato defunctus post se reliquit ad Henricum iuxta Fossatum fratrem suum civem nostrum dilectum tamquam ad proximiorum heredem de iure pertineant, discrecionis vestre providentiam attentius exoramus, quatenus vos amore nostri dictas res prefato H(enrico) omni difficultate cessante integraliter presentari procuretis. Quod si feceritis, de dictis rebus vos deinceps quieti manebitis et soluti. Quod presentibus litteris sigilli nostri appensione signatis protestamur. Datum anno Domini M^o.CC^o.LX quinto; in octava Assumptionis beate Marie virginis.

Or. Staatsarchiv Lübeck, Westfalen 5 a. An aus der Urkunde geschnittenem Pergamentstreifen großer Rest von W. S. 77, 1.

1202 a (N.).

Graf Gottfried von Arnsberg bekundet, daß der Ritter Antonius dictus Sevus (Wrede), Ermentrudis, dessen Frau, und Henricus, deren Sohn, dem Kl. Himmelpforten einen mansus in Delich übertragen haben, und genehmigt diese Übertragung, indem er das Eigentum dieses mansus schenkt. 1265 Dezember 7.

In nomine Domini amen. Nos Godefridus comes de Arnesberg factis, que per nos et coram nobis provide et rationabiliter fiunt, debitam cupientes imponere firmitatem, protestamur et notum facimus presenti scripto cum sigilli nostri attestatione, quod Antonius miles dictus Sevus, dapifer noster, Ermentrudis uxor ipsius et Henricus natus eorundem circa monasterium ad portam Celi, pium habentes animum, mansum in Delich situm, quem a nobis tenuerunt, in nostra constituti presentia, bona et spontanea voluntate resignantes, iam dicto monasterio et sanctimonialibus, Domino ibidem famulantibus pro suorum remissione peccaminum liberaliter contulerunt. Nos vero, qui eandem ecclesiam speciali persequimur favore una cum Alheyde uxore nostra comitissa de plena Godefridi, Frederici et aliorum heredum nostrorum permissione et consensu propter Deum et in nostrarum salutem animarum necnon et ad instanciam Antonii et uxoris sue predictorum proprietatem eiusdem mansus libere donavimus perpetuo possidendam. Presentibus Conrado de Husthene, Hermannno de Binole, Rutchero gogravio nostro, Gerewino de Bukenvurdhe, militibus, item Arnoldo¹⁾ de Meninchusen, Gerlaco dicto Perle cive Susaten. et aliis quam pluribus. Datum et actum in domo eiusdem Gerlaci hospitis nostri anno incarnationis dominice M^o.CC^o.CX^{mo}.V^o in crastino beati Nycolai.

¹⁾ Arnoldus de Meninchusen ist sonst urkundlich nicht bezeugt. Vielleicht statt Conradus verlesen? Hiergegen spricht freilich, daß Conradus de Meninchusen von 1247 bis 1266 sonst urkundlich stets als Ritter vorkommt. (Siehe Meininghaus, Karolingisches Königsgut in und um Soest, S. 23 f. Dortm. Beitr. XVI, S. 141 f.)

Stadtarchiv Soest, Msc. I. 77, von der Hand Vorwercks. Gelb u. rot Seide, weiß Wachs mit Adler wie Nr. 8 von 1272 auf Tab. 1 in Seib. Urk. [Zusatz Vorwercks].

1675 a (N.).

Graf Dietrich von Limburg bekundet, daß er der Marienkirche in Scheda einen Hof in Bausenhagen als Eigentum überwiesen habe. 1278 April 9 (1279 März 25).

[In no]mine Domini Amen. Omnibus hanc paginam visuris ego Theodericus, comes de Limpurch, [inperpet]uum. Quoniam donata viventium, ignorantia mediante, futuris incrementum partuerint [obli]vionis, ea, que a nobis gesta sunt, vivaci scripto memorie placuit commendare, ut, quod presentibus apparens efficit effectus posteris rerum subveniet (!) manifesta delatio. Noverint tam presentes quam¹⁾ futuri, quod nos de consensu et bona voluntate uxoris nostre et filii nostri videlicet Everhardi et heredum Johannis filii nostri defuncti, videlicet Theoderici, Frederici, Mecheldis et heredum nostrorum universorum ecclesie beate Marie virginis in Scheyda, Coloniensis diocesis, proprietatem curtis in Busenhagen cum omnibus suis attinentiis, scilicet iure proprietatis²⁾ eiusdem ecclesie manssis (!), manssionariis (!), pratis, pascuis, silvis, nemoribus, agris cultis et incultis et iusticiis universis, sicut nos iure hereditario contigit, et per omnia, ut est expressa proprietas nostra exstitit, receptis primitus a prefata ecclesia pro eadem viginti quatuor marcis memorate ecclesie contradidi absque titulo repencionis (!) in perpetuum possidendam. Huius actionis testes sunt: Everhardus comes de Marka, Herimannus plebanus de Lon, Herimannus cappellanus ibidem sacerdotes; Hinricus de Echlon, Rotgherus de Altena, Adolphus et Otto de Altena milites; Rutgherus dapifer de Marca, Bertramms dapifer de Lymborch, Degenhardus de Letmette, Theodericus iudex de Lon, Hartlevus, frater iudicis, Arnoldus de Heghenschede, Arnoldus filius Giseleri. Udo de Asbeke, Adolphus de Tünen, Johannes de Wermelinchusen, Thitmarus de Stenberghe, Bertoldus de Svansbole, Theodericus de Vrisendorpe, Theodericus de Drutmerinchusen, Theodericus de Lendinchusen et alii quam plures. Itaque, ut hec rata permaneant et inconvulsa, ne impetitionis seu fomes molestie imposterum succrescat augmentum, presentem paginam sigilli nostri impressione et nobilis viri Everhardi comitis de Marca sigillo roboravimus. Acta sunt hec anno Domini MCC septuagesimo octavo, in vigilia palmarum, datum in Lymphurch.

¹⁾ Doppelt geschrieben. ²⁾ Korrigiert aus „patronatus“.

Orig.-Konzept im Archiv der kath. Kirche in Bausenhagen. Die Rückseite des Konzepts enthält Notizen über Streitigkeiten zwischen dem Grafen Dietrich von Limburg (oder dem Kl. Scheda) und dem Herrn von Volmestein wegen Übergabe von Gütern zu Grafwech, die der Graf von der Mark in Ruhe beizulegen verspricht.

Post comparationem bonorum in Grafwech et intus i . . . domini Nicolai Thorich religionem primo . . . petivimus a domino de Volmetstene in Unha presente comite de Marca porrigi bona predicta . . . famulo Theoderico nomine dicto de Grafwech, cui dicta bona a predicto Nicolao in comparatione fuerant nomine nostro porrecta, parati existentes eidem omnem iustitiam facturi, prout in receptione talium est consuetum, quod ipse nobis et dicto famulo, nescio quo iure, denegavit, cui actioni se comes de Marca interponens promittens se nullius iure postposito vel neglecto inter nos omnia in bono pacis ordinaturum, et hoc de voluntate utrorumque: presentibus Theoderico dicto Volenspit, Anthonio de Scheydingen, Engelberto de Lon, Degenhardo de Letmette, Adolpho de Altena militibus (?), Plateren de Busenhagen, Theoderico de Lendinchusen, Ghisellero de Bruke.

1675 b (N.).

Papst Nikolaus III. beauftragt den Domscholaster Arnold in Osnabrück mit der Beilegung eines zwischen dem Augustinerinnen-Kloster in Lippstadt und dem Priester Achilles de Lippa (Lippstadt?) bestehenden Streites wegen Ausübung kirchlicher Funktionen in einer gewissen Kapelle. 1279 April 12.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . . scolastico [Arnoldo] ecclesie Osnaburgensis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis . . . prepositus . . . priorissa et conventus monasterii in Lippa per¹⁾ priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini conquestionem monstrarunt, quod Achilles de

Lippa, presbyter Coloniensis diocesis, in quadam capella, quam parrochiani ecclesie sancte Marie loci eiusdem dicte diocesis, quam dicti prepositus, priorissa et conventus in proprios usus canonice obtinent, infra fines parrochie ipsius ecclesie de novo temeritate propria construxerunt, divina officia temere celebrare ac eisdem parochianis ministrare ecclesiastica sacramenta presumit in dictorum prepositi, priorisse ac conventus preiudicium et eiusdem ecclesie non modicum detrimentum. Quocirca discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum II Idus Aprilis pontificatus nostri anno secundo.

¹⁾ Lücke in Or. infolge Rasur, in der anscheinend stand: „prepositum et“.

Auf dem Umbug rechts Schreibervermerk F. R. Auf der Rückseite gleichzeitig: „D. de Minda“ und „prepositus de Lippa“ aus dem 15. Jahrh. „Conquest“.

Or. Augustiner — Lippstadt Nr. 1. Die Bulle ist mit den zwischenstehenden Pergamentstücken gewaltsam ausgerissen.

1888 a (N.).

Der Edle Jonathan von Dolberg überträgt vor dem Freigrafen Hermann gen. Vriman von Büren der Kirche in Scheda einen Hof in Wermingen, den Bruno de Caminata von ihm zu Lehen trug. 1283 (1284) Januar 15.

Ego Jonathas nobilis de Doleberge universis ad quos praesentia pervenerint in vero salutari salutem et cognoscere veritatem. Quoniam ea quae fiunt in tempore ne simul cum tempore in oblivionis labantur interitum, solent scripturarum testimonio perhennari, notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod ego receptis duodecim marcis ab ecclesia Schedensi ius proprietatis curtis in Wermingen cum omnibus suis attinentiis mihi resignatum a Brunone dicto de Camenata et uxore sua legitima dicta Landrach, qui hoc a me in feodo tenuerunt cum consensu heredum suorum contuli et collato¹⁾ renuntiavi coram Herimanno dicto Vriman de Buren, comite libertatis ipso sedente in loco et sede sue iurisdicarie potestatis, que vulgo dicitur *vriedinch* pleno et libero consensu coheredum meorum accedente. Et ut praesens donationis pagina rata et inconvulsa permaneat, hanc munimine sigilli mei duxi roborandam. Testes autem huius rei sunt: Rutgerus, dapifer comitis de Marcha, Wescelus de Galen, Theodericus et Johannes, frater suus, dicti Vulenspitt, Anthonius de Schedingen, Andreas dictus filius Marscalci, Rutgerus de Althena, Engelbertus de Herborne, Godefridus de Werve, Henricus filius suus, milites, Henricus de Breiloy²⁾, Fredericus, Theodericus et Hermannus fratres dicti de Camenata, Gevehardus de Belemarcke, Godefridus et Theodericus de Lendinchusen³⁾, Platere et filius suus Theodericus et Martinus de Bosenhagene, Winandus de Werminge, Theodericus filius Henrici de Mendene et alii quam plures. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, in crastino Felicis in Pincis.

¹⁾ Statt collatum. ²⁾ Statt Breilon (?). ³⁾ = Lenderinchusen?

Abschr. des XVI. Jhs. im Msc. VII 6116 Bl. 110.

2052 a (N.).

Dechant und Kapitel der Kirche von Enger treffen Bestimmungen über einen dem Ritter Everhard gen. Vogt überlassenen Hof. Soest 1287 September 29.

Nos decanus et capitulum ecclesie Angarensis omnibus presentes literas visuris seu percepturis notum facimus publice protestantes, quod nos pensiones et redditus, quos nobis Everhardus miles, dictus Advocatus, ratione villicationis de curte nostra dicta Werninelo et universis ipsius attinentiis quolibet anno tenetur solvere, eidem Everhardo in contractu venditionis assignavimus et in hiis scriptis

assignamus, ita sane quod idem Everhardus et sui heredes nichil nobis in perpetuum de ipsa curte et eius attinenciis solvere tenebuntur, proprietate tamen sepedicte curtis et eius attinencium nobis et ecclesie nostre reservata. Testes huius rei sunt honorabiles viri domini Th. prepositus maioris ecclesie Paderbornensis, Johannes vir nobilis dominus de Bylstene, frater eius, Menricus, Rotbertus et Th[idericus] de Altena, canonici ecclesie Zusatiensis, Godefridus Judicis, Albertus de Palsole, Winandus Wale, Hermannus de Benekinchusen, Johannes de Medebeke et alii quam plures clerici et laici. Facta sunt hec in Zusato Anno Domini M^o.CCLXXX^o septimo, ipso die beati Michaelis.

Or. Vikarien ad S. Patroclum in Soest Nr. 2. Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VII 6102 Bl. 50v. Gedr. W. U. B. IV Nr. 1958, vgl. Seibertz U. B. II 648. Am Pgmtstreifen anhängend das Siegel der Engerschen Kirche. W. S. 110 Nr. 1.

2106 a (N.).

Der Edle Wilhelm von Ardei überträgt der Kirche in Scheda das Eigentum eines Hofes in Billmerich, mit dem Gottfried von Billmerich belehnt war, sowie einige beim Dorfe Billmerich gelegene Ländereien genannt Witincampe. 1288 (ohne Tag).

In nomine Domini, Amen. Nos Wilhelmus nobilis vir de Ardea ea que per nos acta sunt nostris literis decrevimus declarare. Quapropter noverit praesens aetas et successura posteritas, quod Godefridus de Bilmercke, frater Giseleri, mansum apud curtim Hosthoff in villa Bilemercke situm, quem a nobis in feudo tenuit, ecclesiae Schedensi et fratribus ibidem Deo famulantibus de consensu fratris sui, uxoris et omnium heredum suorum vendidit et in manus nostras feudum resignavit libere et absolute. Nos vero receptis ab ecclesia et fratribus ipsius ecclesie quinque marcis Susatentibus proprietatem praedicti mansus cum consensu heredum nostrorum cum omnibus suis pertinentiis contulimus, preterea specialiter adiectis quibusdam agris iuxta villam Bilmercke iacentibus, dictis Witincampe, quos quondam Lambertus dictus Schadeholt ambo tenuit cum eorum attinentiis, quorum proprietatem sepe dictae ecclesie et fratribus ibidem sponte dedimus perpetuo possidendam. Ut autem haec donatio rata permaneat et sincera, praesens scriptum in testimonium ipsius confectum sigillo nostro decrevimus roborare, rogantes nobilem virum Everhardum, comitem de Marcka, ut sigillum suum¹⁾ . . . et . . . um ampliorum. Testes huius rei sunt: Iwanus prior Schedensis . . . eiusdem ecclesie, Adolphus de Westwick, Albertus de . . . Simon, plebanus de Bilehem²⁾, Gerwinus de . . . , Gunhardus (?) de Bilmercke, Gerhardus de Herne . . . comes libertinorum Richardus et alii quam plures boni testimonii viri . . . Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, feria quarta post festum . . .

¹⁾ Lücken in der Abschr. sind als solche bezeichnet. ²⁾ = Bilme.

Notariell beglaubigte Abschr. des XVI. Jhs. im Msc. VII, 6116, Bl. 181v.

2172 a (N.).

Graf Ludwig von Arnsberg bestätigt die von seinen Vorfahren dem Kloster Scheda gemachten Schenkungen, nämlich die Fischereigerechtsame bei Scheda, die Weideberechtigung am Hof Wickede und den Verkauf des sogenannten Grevinckfeldes. 1290 August 24.

Nos Ludewicus comes de Arnesbergh et universi haeredes nostri literis praesentibus recognoscimus omnibus publice protestantes, quod donationem et gratiam, quam nostri progenitores ecclesiae et conventui in Scheyda fecerint in antiquis scriptis suis, videlicet licentiam piscandi in piscatura nostra ibidem apud Scheyda et pascuis utendi curiae nostre de Wicke, praeterea venditionem, quam fecerunt in agris, qui dicuntur Grevinckvelt eidem ecclesiae de nostra bene (!) esse dicimus voluntate, quod sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in die beati Bartholomei apostoli apud Scheyda, praesentes fuerunt: Ulricus de Heldene, Wigardus de Ense milites, Hynricus et Anthonius, fratres de Ense, Rotgerus de Afflen, gogravius noster, Hinricus notarius noster,

et alii quam plures videlicet Wescelus de Galen, Theodericus dictus Volenspit, Randolphus dictus Hake, Engelbertus de Hereborne, Everhardus de Menggede, milites, Rutgerus de Ludelschede.

Abschr. des XVI. Jhs. im Msc. VII 6116 Bl. 5.

2180 a (N.).

Der Ritter Dietrich von Schonenbecke bekundet, daß er dem Bruno de Kaminata den Mansus Wermingen im Ksp. Bausenhagen, den dieser bisher zu Lehen trug, zu Eigentumsrecht übertragen habe. Münster 1290 Dezember 20.

Nos Theodericus de Schonenbecke, miles, omnibus praesentes visuris cupimus notum esse, quod proprietatem mansi Wermingen siti in parochia Bosenhagen, quem mansum Bruno de Kaminata a nobis in feodo tenuit, eidem Brunoni propter specialem favorem, quem circa ipsum habuimus et habemus, donavimus pleno iure, dictique mansi proprietatem et plenum ius dominii, sicut ad nos pertinuit, de consensu Hermanni militis, filii nostri, et aliorum heredum nostrorum in ipsum Brunonem cum omni iuris plenitudine liberaliter transferentes, dantes eidem Brunoni liberam facultatem, proprietatem mansi praedicti in alium vel alios religiosos sive seculares convertendi, si sibi videbitur expedire. In cuius rei testimonium et firmitatem praesens scriptum tam nostro quam dicti Hermanni militis filii nostri sigillis eidem Brunoni dedimus communitum. Datum et actum Mon[asterii] anno Domini millesimo ducesimo nonagesimo, in vigilia beati Thome apostoli.

Abschr. des XVI. Jhs. im Msc. VII 6116 Bl. 64.

2290 a (N.).

1293 (1294) März 21.

Friedrich Trippe in seinen „geschichtlichen Nachrichten über die Stadt Medebach“ sagt S. 252 „Anno 1293 am Benediktstage (21. März) ließ sich der Propst Gottfried von Küstelberg in Grafschaft die Urkunde ausstellen, nach welcher Kloster Grafschaft den Glindfelder Haupthof mit seinen Unterhöfen und mit allen sonstigen dazugehörigen Gütern (Wäldern) und Einkünften an Kloster Küstelberg abtritt, während letzteres gehalten ist und sich verpflichtet, seinen jedesmaligen Propst sich aus dem Kloster Grafschaft zu wählen. Der damalige Abt hieß Lubbertus, der Prior Florinus und die Küstelberger Priorin Frederinis.

2420 a (N.).

Der Abt Heinrich von Werden erklärt den Bürgern und Ratsherren von Lübeck, daß ihr Mitbürger Johann genannt Limburg Ministerial und ehelich geboren sei. 1297 Juni 29.

Honorabilibus viris et discretis . . dominis . . consulibus et universis . . burgensibus Lubicensibus Henricus Dei gratia abbas monasterii Werdinensis, Coloniensis dyocesis, ordinis sancti Benedicti salutem et sinceram in Domino caritatem. De vestre honestatis industria gerentes fiduciam ampliorem pro Johanne dicto Limburg vestro burgense, nostro homine fideli, preces nostras vobis porrigimus cum affectu attentius supplicando, quatinus ipsum in vestra civitate in omnibus suis negotiis et agendis vestris promocionibus dignemini prevenire, non permittentes ipsum ab aliquorum insultibus seu conatibus molestari. Eundem nobis, quod existit de thoro legitimo procreatus et quod etiam est ministerialis virorum nobilium dominorum de Marcha et de Lymburg comitum nostri monasterii hominum fidelium et illustrium fidedigno testimonio commendamus. Nec est etiam alicui iure aliquo servitutis obligatus. De premissis omnibus et singulis ad nos respectum certissimum habeatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad preces dicti Johannis amicorum, qui nobis fecerunt fidem de premissis duximus apponendum. Datum anno Domini M^o.CC^o. nonagesimo septimo. Tercio Kalendas Julii.

An aus der Urkunde geschnittenem durchgeschlungenen Pergamentstreifen Siegelrest, der das Bild eines infulierten Abtes mit Stab erkennen läßt.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2420 b (N.).

Die Ritter Gerwin von Rinkerode, Pulcian, und die übrigen Burgmänner von Mark bekunden der Stadt Lübeck, daß der Lübecker Bürger Johannes von Limburg Ministerial und wohlgeboren sei. 1297 Juli 30.

Honorandis viris et prudentibus . . proconsulibus . . consulibus . . ceterisque burgensibus Lubicensibus Gerwinus de Rinkenrode, Pulcianus, milites, ceterique tam milites quam famuli castellani in Marka cum favore intimo honoris et promotionis affectum. Gravi querimonia tam militum quam famulorum consanguineorum Johannis de Lymborg vestri concivis nobis revelante didicimus, quod quidam in vestra civitate sibi maliciose exprobraverint dicentes ipsum non esse de thoro legitimo generatum. Unde vestram discretionem sub publica presentium protestatione scire volumus et ad nos firmum habere respectum, quod idem Johannes tam ex parte patris quam matris bone est nationis et ministerialis ac etiam de thori legitimi generatione processit. Quapropter rogamus attentius, quatenus presentem protestationem in vestra promulgatione, que *bursprake* dicitur, faciatis apertius recitari, ne fama eiusdem Johannis falsis denigretur obiectionibus, sed veritatis virtus eluceat et mendacii erubeant inventores. In evidens premissorum testimonium, quia non omnes sigilla habuimus, duobus tantum contenti videlicet predictorum Gerwini et Pulciani militum presens scriptum fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, feria tertia post festum beati Jacobi apostoli.

Beide Siegel von den aus der Urkunde geschnittenen und durchgezogenen Pergamentstreifen ab.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2420 c (N.).

Engelbert gen. Havere, Amtmann des Grafen von der Mark, bezeugt dem Rate der Stadt Lübeck, daß ihr Mithürger Johannes von Limburg wohlgeborner Ministerial und rechtmäßiger Ehe entsprossen sei. 1297 Juli 30.

Viris sapientibus et honore dignis . . proconsulibus . . consulibus ceterisque burgensibus Lubicensibus Engelbertus dictus Havere viri nobilis domini comitis de Marka promotionis et honoris benivolentiam cum affectu. Dolore non modico et ingenti querimonia milites et famuli consanguinei Johannis de Lymborg vestri concivis nobis conquerendo proposuerunt, quod quidam in vestra civitate veritatis obliti eidem Johanni de suis natalibus contumeliosas obiectiones exprobraverint, dicentes ipsum non esse de thoro legitimo generatum. Cum autem discretionis honestas hoc suadendo precipiat, ut veritatis falsarii omnibus probitatis filiis et amatoribus revelentur, discretioni vestre insinuamus presentibus protestando et omnibus qui presens scriptum viderint et audierint declarando eundem Johannem tam ex parte patris quam matris bone esse nationis et ministerialis ac etiam de generatione thori legitimi processisse; quocirca vestram prudentiam rogamus attentius, quatenus propter veritatis honorem presentem protestationem omnibus vestris concivibus faciatis apertius recitari, ut in hoc veritatis honoretur dignitas et mendacii subprimatur vilitas et eiusdem Johannis famam maliciosa fictio non corrumpat. In evidentiam maioris testimonii presentem litteram sigillo nostro fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, feria tertia post festum beati Jacobi apostoli.

An aus der Urkunde geschnittenem und dann durchgezogenem Pergamentstreifen Siegel ähnlich wie Westf. Siegel 216, 2. Umschrift: S. Hengelberti Havere . . .

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2423 a (N.).

Der Dechant von Soest-Patroklus und der Ritter Johann von Plettenberg, Marschall von Westfalen, erklären der Stadt Lübeck, daß ihr Blutsverwandter, der Lübecker Bürger Johann von Limburg, ehelich geboren sei. Soest 1297 August 1.

Viris prudentibus et honestis . . magistris burgensium et . . consulibus ceteris quoque civibus Lûbicensibus Godefridus Dei gratia decanus ecclesie Susaciensis et Johannes miles dictus de Plettenbracht Westfalie marscalcus, quantum possunt, favoris, obsequii et honoris. Quia, sicut percepimus Johannes de Limborch vester concivis quasdam apud vos de natalibus suis contumeliosas obiectiones est passus a quibusdam asserentibus, eum non esse de thoro legitimo generatum vobis pro certa veritate duximus intimandum, quod dictus Johannes de Limborch noster consanguineus nobis G(odefrido) decano predicto in tercio gradu consanguinitatis et nobis . . Westfalie marscalco in quarto¹⁾ coniunctus ab omnibus suis progenitoribus, proavis et attavis de legitimo est matrimonio generatus et²⁾ hoc in nostra patria est notorium et ubi opus fuerit, legitime poterit comprobari. Quocirca vestram honestatem affectuose rogamus, quatinus prefatum Johannem ab huiusmodi iniuriosis obiectionibus defendentes et hoc vestre universitati publicantes non sinatis eius famam inique taliter denigrari. Ad hec taliter facientes, sicut apud vestros perpetuo promereri debeamus. Nos vero Johannes marscalcus Westfalie,³⁾ quia nostrum sigillum apud nos non habuimus, sigillo avunculi nostri . . decani predicti in hiis scriptis continemur. Datum apud Sûsatum, ipso die Petri⁴⁾ apostoli ad vincula, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

¹⁾ B fügt gradu ein. ²⁾ B fügt ein: est ministerialis nobilium comitum . . de Limborch et . . de Marka, ipse cum omni sua parentela, quia ministerialium participatio inter comites prefatos adhuc non est separata quod in nostra usw. ³⁾ B fügt predictus ein. ⁴⁾ B fügt beati ein.

3 Or. A. B. C. An A aus der Urkunde geschnittenem und dann durchgezogenem Pergamentstreifen der obere Teil des mandelförmigen Siegels: in gotischer Architekturumrahmung die Bilder des Apostels Petrus und des Märtyrers Patroklus, unten knieend der Siegler. Umschrift: † S. Godefridi [decani ecclesie] Susacien.

Bei B das ebenso befestigt gewesene Siegel ausgerissen.

C hat folgende Abweichungen.

2. August.

Johannes de Plettenbracht miles marscalcus Westfalie viris pr . . . quantum potest promotionis, dilectionis et honoris. Quia sicut fama referente didicimus — est passus, sicuti eciam vobis scripsimus in litteris avunculi nostri domini Godefridi decani ecclesie Susaciensis a quibusdam vestris concivibus asserentibus ipsum non — generatum vestre prudencie pro certissima veritate significandum duximus per presentes — consanguineus in quarto gradu consanguinitatis nobis coniunctus — et hoc undique in — legitime et honeste comprobari. Quocirca vestram prudenciam pariter et honestatem attentius rogamus — pessimis obiectionibus — universitati vestri opidi — ut eius fama inique taliter denigretur, quia si quis contrarium proponeret, mente minus iusta moveretur. Ad hec taliter faciatis, ut apud vestros, si tempus et locus se offerret, deservire teneamur. Concives vero vestros, qui contra Johannem tam iniuriosas obiectiones proponebant, in tantum corrigatis, quod eidem Johanni emendam condignam contigisse senciamus. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo; in crastino beati Petri apostoli ad vincula.

An aus der Urkunde geschnittenem Pergamentstreifen Rest v. M. S.

3 Or. Staatsarchiv Lübeck.

2423 b (N.).

Albert, Junker von Hörde, und der Ritter Johann von der Ruhr bekunden der Stadt Lübeck, daß der Lübecker Bürger Johann von Limburg Ministerial des Grafen von Limburg und ehelich geboren sei. 1297 August 2.

Honorabilibus viris magistro civium, iudici, consulibus universisque civibus in Lubeke Albertus domicellus dictus de Hürde necnon Johannes miles dictus de Rura promotionis et obsequii quantum possunt. Universitatis vestre discretioni veraciter duximus significandum, quod Johannes dictus de Lymburg vester concivis verus est ministerialis domini comitis de Lymburg et de thoro legitimo ab honorabilibus utrisque parentibus procreatus. Ut autem hec vera esse sciatis et credatis, vobis hanc patentem litteram mittimus sigillo nostro roboratam. Datum anno Domini M^oCC^o nonagesimo VII^o; in die Stephani pape.

Siegel mit dem aus der Urkunde geschnittenen Riemen abgerissen.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2423 c (N.).

Graf Otto von Tecklenburg bezeugt dem Rate der Stadt Lübeck die eheliche Geburt ihres Mitbürgers, des Johann von Limburg. 1297 August 5.

Honorabilibus et prudentibus viris — advocato . . consulibus ac universis civibus Lubicensibus Otto comes in Tekeneburch promocionis quantum potest. Innotuit nobis, quod quidam in civitate vestra livoris fomite incitati . . Johanni de Limborgh, cuius parentela nobis nota est, verba probrosa et contumeliosa opposuerunt, asserentes ipsum non esse de thoro legitimo procreatum. Quapropter honeste vestre discretioni cupimus esse notum presentibus publice protestantes, ipsum . . Johannem ex parte utriusque parentis esse bone et honeste nacionis ministerialem ac de thoro legitimo processisse. Unde prudentiam vestram exoramus omni studio quo possumus et affectu, quatinus presentem protestationem nostram vestris concivibus et aliis probis et honestis viris faciatis apercius promulgari, ut alii ad detrahendum veritati de facili non prorumpant. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M^oCC^o nonagesimo septimo, feria secunda post festum Petri ad vincula.

An aus der Urkunde geschnittenem und durchgezogenen Pergamentstreifen Rest von W. S. 20, 5.

Von demselben Tage liegt auch eine fast gleichlautende Bescheinigung des Ritters Bernhard von Davensberg vor; sie hat folgende Abweichungen: feria secunda post festum beati Petri.

Lubecensibus Bernhardus de Daverenberg miles honoris et amicitie quantum — Limborg consanguineo nostro — notum tenore presentium publice protestando, eundem — Unde vestram prudentiam attentius exoramus, quatinus — aliis probis hominibus faciatis —

Geringer Siegelrest an aus der Urkunde geschnittenem und durchgezogenen Pergamentstreifen. Spitze eines dreieckigen Siegels: ilitis de . . .

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2440 a (N.).

Der Stadt Lübeck bekundet die Stadt Soest, daß nach dem Zeugnis des Dechanten Gottfried und des Stiftsherrn Hermann Pyl von Soest-Patroklus der Lübecker Bürger Johann von Limburg „wohlgeboren“ sei. 1297.

Viris prudentibus et honestis . . advocato . . consulibus et civibus universis Lâbicensibus . . consules et universitas opidi Sûsaciensis cum sincero favore obsequii et honoris in omnibus quantum possunt. Fama referente didicimus, quod quidam vestrorum concivium inproperando obiecisset Johanni dicto (de)¹ Limborch, qui similiter vester est concivis, ipsum esse filium illegitimum sive de thoro minus legitimo generatum. Que fama cum apud nos insonuisset, honorabilis vir dominus Godefridus decanus ecclesie Sûsaciensis, Hermannus Pyl eiusdem ecclesie canonicus et plures alii bone

nacionis viri scilicet milites et famuli dicti Johannis consanguinei et propinqui ad nostram venientes presenciam sermonibus fide dignis affirmaverunt, dictum Johannem esse bone nacionis virum, de thoro legitimo genitum ac ipsorum esse consanguineum et propinquum et petiverunt, ut in testimonium huiusmodi amrmacionis nos vobis nostras literas dirigere curaremus. Nos igitur de legitimitate dicti Johannis non solum per affirmacionem predictam sed per noticiam plurium bone nacionis virorum ad parentelam sepedicti Johannis pertinencium certificati dicimus assertive, dictum Johannem defectum in natalibus non habere et is qui contrarium obiecit mente minus equa movebatur. Unde petimus prudenciam vestram, ut in hac parte fidem nobis adhibentes dictum Johannem pro homine ydoneo et defectum in natalibus non habente teneatis et teneri faciatis et, sicut expedire videtur, obiectorem contrarii secundum ius vestre civitatis taliter corrigatis, quod eius correctio ceteris auferat audaciam talia presumendi.

¹⁾ Radiert.

Unkenntlicher Siegelrest an aus der Urkunde geschnittenem Pergamentstreifen. Ebenso verschlossen gewesen, wie das Dortmunder entsprechende Zeugnis.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2440 b (N.).

Die Stadt Dortmund erklärt der Stadt Lübeck, daß der Lübecker Bürger Johann von Limburg als ehelicher Sohn des Richard und dessen Frau Sophie geboren sei. 1297.

Viris honorabilibus et discretis dominis . . . scabinis . . . consulibus ceterisque burgensibus Lubicensibus . . . consules . . . scabini ceterique burgenses Tremonienses sinceri amoris perseverantiam cum benivo(lencia) et favore. Veniens ad nostram presentiam cognatio et parentela Johannis dicti Limburg concivis vestri nobis exposuit et evidenter ostendit, quod idem Johannes de honestis parentibus videlicet Richardo et Sophia foret ex thoro legitimo procreatus; unde ratione defectus natalium nullum sibi impedimentum prestari convenit, cum de sua legitimatione simus sufficienter certiorati, prout hoc de ipso tenore presentium declaramus, petentes ipsum, ubi opus habuerit, favorabiliter promoveri.

In Briefform gefalten. Auf einem am unteren Rande z. T. abgeschnittenen Pergamentstreifen, der auch zur Versiegelung, ohne durchgezogen zu sein, benutzt ist, die Aufschrift: Honorabilibus viris . . . scabinis et . . . consulibus Lubicensibus. Geringe Reste v. W. S. 75, 2.

Der Verschluss scheint so hergestellt, daß das Briefchen vollkommen vom Siegel umschlossen war, weil auf beiden Außenseiten des Pergamentes Wachsspuren sichtbar sind.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2449 a (N.).

Die Edelherren Widekind und Kraft von Grafschaft übergeben dem Grafen Otto von Waldeck ihr Eigentumsrecht an der Burg Nordenau und empfangen dieselbe von ihm als Offenhaus zu Lehen zurück. Meschede 1297 (1298) Februar 14.

Nos Wydekindus et Cracht viri nobiles dicti de Grascap recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod castrum nostrum Norderena et omne quod nostrum in eo est proprium,¹⁾ domino O[tt]oni comiti de Waldecke et suis veris heredibus proprietarie dedimus et post huiusmodi dationem proprietariam dictum castrum ab ipso domino O[tt]one comite iure recepimus pheodali, volentes, ut suum atque suorum heredum²⁾ predictorum patens sit castrum contra omnes universaliter et ad omnia que sibi probaverint expedire. In cuius rei presens testimonium scriptum sigillis nostris duximus sigillandum. Datum Mesghede anno Domini M^o.CC^o.XC^o.VII^o in die beati Valentini.

¹⁾ A; B quod nostrum est proprium in eo. ²⁾ A; B suum heredumque suorum.

² Orig. 5578 u. 5579 im Waldeckschen Archiv z. Z. Marburg. Siegel an beiden Originalen beschädigt.

¹⁾ Siegel des Widekind: Westf. Siegel XXXIV 4 (A). ²⁾ Reitersiegel des Craft: ebenda XV n. 2. Gedr. Kopp, Heimliche Gerichte S. 499, danach Seibertz U. B. I Nr. 468 zu 1297.

- Nr. 57. S. 25, lies: im Regest Rhade bei Halver statt Rode (Neuenrade).
- „ 201, S. 89, Anm., vorletzte Zeile lies: Westdeutsche Zeitschrift III, S. 211 statt 217.
- „ 238, S. 102, Zeile 2 ist vor priorisse C. einzufügen.
- „ 238, S. 102, Zeile 6 lies: Fridericus . . . de Ysenberch sue salutis statt . . . de Isenberch sui salute.
- „ 238, S. 103, Zeile 3, lies: quecumque statt quemcumque und collegit statt collegio (?).
- „ 238, S. 103, Zeile 4 lies: receperit statt receptit.
- „ 238, S. 103, Zeile 6 lies: contigerit statt contingit (!).
- „ 238, S. 103, Zeile 7 lies: assignaverit statt assignavit.
- „ 238, S. 103, Zeile 17 lies: nach semper augusto domino Frederico statt Frederico.
- „ 238, S. 103, Zeile 19 lies: nobiles viri de Gellere: dominus Gerhardus; de Clive statt Cleve: dominus Theodericus.
Or. im Pfarrarchiv in Elsey.
- „ 301, S. 126 gedruckt auch bei Seibert U. B. III, S. 442, Nr. 1082.
- „ 309, S. 129. Or. Kloster Grafschaft Nr. 4.
- „ 354, S. 151, Zeile 3 lies: A(gnetis) statt A(leydis).
- „ 395, S. 171 lies: 395 statt 295.
- „ 430, S. 187, Zeile 6 lies: Hoeverhagen statt Horverhagen.
- „ 447, S. 195, Zeile 8 lies: omnino statt ominio.
- „ 522, S. 231, Zeile 11 lies: rogans statt ro ans.
- „ 534, S. 236 im Regest lies: Lippramsdorf statt Ramsdorf.
- „ 679, S. 300 ist Zeile 12 nach Kindlinger iuvamini statt gravamini zu lesen. Abschr. Msc. II 24, S. 20.
- „ 683, S. 301. Im Regest lies: Iggenhausen für Yenhausen (Oeynhausen?).
- „ 719, S. 317. Die Urkunde ist wohl für das Jahr 1259 statt 1250 anzusetzen. Vergl. Personen- u. Ortsregister S. 1576, Anm. 1.
- „ 760, S. 335. Im Regest lies: Graf Adolf von Waldeck statt Otto.
- „ 793, S. 351 lies: 793 statt 693.
- „ 803, S. 356. Vergl. den vollständigen Druck Nr. 803, S. 1290.
- „ 813, S. 361 lies: 813 statt 814.
- „ 852, S. 381 lies: gedr. Seibert U. B. I, 284 statt 248.
- „ 978, S. 442. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, Kloster Fröndenberg. Als Datum lies: 1258 März 31 statt 25.
- „ 1016, S. 460 lies im Regest: Meyninchosen statt Merninchosen. Entsprechende Belehnung Graf Gottfrieds v. Arnsberg 1259, Mai 26. Or. Arnsberger Lehen.

Westf. Urk.-Buch VII.

- Nr. 1061, S. 480, Anm. letzte Zeile lies: Regest mit Zeugen Westf. U. B. III, 669 statt 689.
- „ 1165, S. 529, Zeile 8 lies: Helmicus de statt do Polshem.
- „ 1186, S. 538 im Regest lies: Gottschalk von Harhusen und dessen Söhne statt Brüder.
- „ 1192, S. 541. Zuletzt gedr. mit einigen Abweichungen in Krumboltz U. B. der Familien von Volmerstein und von der Recke Nr. 180, S. 59.
- „ 1194, S. 542 = Nr. 1192a, S. 1295. Als Datum lies: 1265, Juli 25 statt August 6 (VIII Kl. statt Idus Augusti).
- „ 1243, S. 563. Kopie des 19. Jhs. im Stadtarchiv Soest, Msc. I, 3, S. 523.
- „ 1294a, S. 585 lies: 1294a statt 1295a.
- „ 1537, S. 702. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster Familien-Archiv von Ketteler.
- „ 1580, S. 723. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, Kloster Kentrup 4a.
- „ 1661, S. 759 ist im Regest zu lesen: Volquin v. Hostinchusen statt v. Horstinchusen.
- „ 1681, S. 770. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, Kloster Kentrup 4b.
- „ 1737, S. 802 ist als Datum 1289 statt 1280 zu lesen.
- „ 1804, S. 835 vorletzte Zeile lies: Bernhardus de Worden statt de Wrden.
- „ 1873, S. 870 lies: Reg. Westf. U. B. III 1216 statt 12.
- „ 1896, S. 881 lies im Regest: aus einem Hofe in Berwicke statt aus dem Hofe Berwicke.
- „ 1912, S. 889. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, Kloster Kentrup 11a.
- „ 2002, S. 940. Im Regest lies als Datum 1286 statt 1282.
- „ 2014, S. 945 lies im Regest: Graf Herbord von Dortmund statt Conrad.
- „ 2148, S. 1014. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, F. A. von Volmerstein, zuletzt gedr. Urk. B. der Familien von Volmerstein u. von der Recke, S. 78, Nr. 239.
- „ 2200, S. 1039 lies im Regest: Gerwin von Ampen (Andopen) statt Gerwin von Anedopen.
- „ 2208 u. 2209, S. 1043 lies im Regest Seringhausen statt Severinghausen.
- „ 2216, S. 1047 lies im Regest: Ländereien bei Süddinker statt Lüddinker.
- „ 2246, S. 1062. Das Zeile 3 genannte Witinchusen ist wohl das heutige Wietin, Bauerschaft Brockhausen, Kr. Soest.
- „ 1192a, S. 1295 = 1194, S. 542.
- „ 2348a, S. 1311 lies: 2348a statt 2248a.
- „ 2259, S. 1070. Im Regest irrtümlich das erste Datum statt des zweiten eingeklammert.

- Nr. 2262, S. 1073, Zeile 5 ist wohl zu lesen: Dove statt Done.
„ 2295, S. 1091. Im Regest lies: Alvelinchusen statt Avelinchusen.
„ 2316, S. 1103, lies 2316 statt 2216.
„ 2322, S. 1106, Anm. 1) lies Oristano (statt Rab, 7) Carinola statt Cagli, letzteres ist als 7a vor 8) einzufügen.
„ 2323, S. 1107, Anm. 4 lies: Carinola statt Cagli.
„ 2326, S. 1119, Anm. 12 lies: Carinola statt Cagli.
„ 2341, S. 1119 lies im Regest: Bischof statt Erzbischof Everhard.

- Nr. 2353, S. 1124 lies als Datum 1295 (1296), Februar 9 statt 3 (oder 10?).
„ 2364, S. 1130 lies im Regest: Delstern statt Delsten.
„ 2381, S. 1139. Im Regest lies: Sölde statt Söhle.
„ 2420, S. 1158 lies im Regest: Elpe bei Herten statt (Eblich?).
„ 2429, S. 1164 lies: Nr. 2429 statt 2428.
„ 2501, S. 1202, Zeile 5 von unten lies: Rutgherus de Dissen statt et Dissen.
„ 2609, S. 1255, Zeile 7 lies: Olricus de Ritte statt Bitte.

